pronuntiat, Inscriptionem eandem Debitoream Castrensem Premisliensem in toto et per omnia Cassat Mortificat et annihilat, Recognoscens sibi Summam eiusdem Duorum Millium florenorum polonicorum realem praestitam esse per solutionem.

Grembarski Hadzieiom Coniugibus roborat.

Comparens praeterea Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Joannes Grembarski, sanus mente et Corpore Existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni, quo ad vim Actus Praesentis Extinet, se cum successoribus ac bonis suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse, se ac suos successores in et super bonis suis gratis omnibus summisque pecuniarijs quibuscunque habitis et habendis interibit et obligat praesentem scriptum Certum Manuale per se Recognitum, in rem et Manus Nobilium Casimiri et Margarethae Hadzieiom Coniugum, ratione Certarum rerum et Conditionum in eadem scripto Contentarum, de Actu et data illius hic Premisliae die hornata in Actu Contenta Confectum et Conscriptum datum, Manu sui Recognitis propria subscriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac Nexibus gratis universis firmiter tenere Complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem scripti manualis Contentis, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere scriptum praefatum ad Inscriptionem praesentem roboratoriam, et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo. Idque sub vadio summae Mille florenorum Polonicorum per eundem Recognitum Generosum Joannem Grembarski, sive eius posteros, Nobilibus Hadzieiom Coniugibus, aut illorum successoribus ob non Completionem Contentorum scripti praefati manualis

omnium

omnium et singulorum, tam in parte quam in toto totes quotes opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio ad solvendum succubito, ac pro re ab qua Principali, ex contentis scripti praefati Manualis non completa complenda, citatus Exmus Mrs Recognitus Gnosus Joannes Grembarski sive illius posteri ad Instantiam Nobilium Hedvicium Conjugum, aut illorum successorum ad officium praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis, ex tunc recessu suprascripto, quo ad remedium spectat, mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio, stare sive parere respondere vadium praefactum habere, Inscriptioni praesentis satisfacere ac omne judicatum pati, reliqua scribantur ex antecedenti:

Vruski Kopystenski donat.

Comparens plus coram officio et Actis praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis Nobilis Roman Vruski Horda sanus mente et corpore existens, a terris districtibus juribus jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensis Capitanei Premisliensis jurisdictioni quoad vim Actus praesentis attinet se cum successoribus ac bonis suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjuncto, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in Cratera, totas videlicet sortes suas quae et quantae per se Recognitem possessae sunt, inter metas Nobilis Stecki Vniatycki Wanduitycz ab una, ex altera vero parte, Nobilis Stanislai Vniatycki, in bonis villae Vniatycze, Terra et districtu praesentis Premisliensis jacentis et consistentis. Cum omni praemissorum jure dominio proprietate haereditate, titulique haereditario, omnibusque et singulis eorundem bonorum valitibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus attinentibusque et pertinentibus, gratis universis, nihil ipse Recognitus suisque successoribus aut pro piam ab eo reservando seu exopendo, verum ita late longe circumferentiae